

limitat supra dictam regulam Tuschus supra, num. 6. quantum ad præjudicium ratificantis, quia sufficit ratificatio etiam post terminum assignatum rei gerenda. Vide etiam Stephanum Gratianum disceptat. tom. 3. cap. 573. ex numero 11. & Surdum 189. numero 18. & decisione 206 numero 2. & decisione 159. num. 23. Valenquel. consil. 177. ex num. 48. Salgadum de retent. bullar. 2. part. cap. 17. numero 52. & in Labyrintho, 1. part. cap. 33. ex numero 4. & de prolezione, 2. part. cap. 2. num. 67. & 3. part. cap. 9. num. 221. Cancinerius variar. 3. part. c. 12. ex num. 53. Pollium de manutent. observatione 55. num. 137.

9. Numero 4. ibi, ut præferatur avo, licet uterque sit in pari gradu, &c. quod filius in successione patris præferatur avo, licet æquali gradu uterque constituat, notum est in jure, ex textibus allegatis per nostrum Gomezium, & per Martiensem in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilat. gloss. 4. numero 3. Richardus de heredit. qua ab intestato in materia successio, in initio, num. 33. & sequent. & in principio Institut. de usufructu, numero 12. Cancinerius variar. 1. part. cap. 1. num. 2. Rojas in epitom. successio. cap. 29. num. 18. Surdus de aliment. tit. 1. quæstio. 19. num. 6. Spinus in speculo gloss. 1. principali, num. 27. & sequent. ubi adducit illum locum Divi Pauli ad Corinthios 2. cap. 12. dicentis non debere filios Thezaurizare parentibus, sed parentes filiis, quod habetur in cap. cum Apollolus, §. prohibemur, de censibus, ita autem debent thesaurizare eis, ut debitam in acquirendo & conservando menturam habeant, ut bene explicat Escobar de purit. sanguin. quæstio 1. §. 3. num. 11. quam non servant multi, contra quos invenit Suar. in leg. quomodo in peroris in principio, Petr. Gregor. in synag. lib. 45. cap. 2. ex n. 12. Cevallos 9. 794. tom. 3. num. 3.

10. Rationes autem supradictæ resolutionis adducuntur firmissimè per nostrum Gomezium, & eius Additionem Suarez à Ribeira in præsent. & per reliquos doctores supra allegatos, & infra referendos, nempe, quod fictio, & officio juris pater & filius dicuntur una caro, & filius portio corporis paterni, capit. contradiemus, §. hæc auctoritate 35. quæstio. 3. Mascardus de probationibus conclusio. 1156. ubi plura infert, voxque unius, vox alterius censetur, §. ei qui: Institut. de utilibus stipulationibus, ex quo filius dicitur quodammodo caro patris augmentata; & licet efficiatur novus homo propter novam animam non dicitur tamen omnino, primum hominem, id est ejus patrem extinctum esse, argumento text. in l. adeo, §. fin. ff. de acquirendo rerum dominio, ut hæc & alia plura cumulant Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 18. num. 27. & segg. Marcus Antonius Bardus in tractat. de tempore utilis & continuo, cap. 12. per totum, ubi ex hoc infert quo iudeo injuria filij, injuria patris dicitur, & alia quæ per eum videri possunt: & Tiraquel. in repetitione, l. si unquam Cod. de revocand. donat. in principio, num. 15. & sequent. Matienzi. in dialogo 3. part. cap. 18. num. 4. & segg. Gironda de tabellis, part. 9. n. 13. & segg. §. unico, Tusch. in Fionel. 352. omnino videndus, qui declarat materiam per ampliationes & limitationes. Pichard. Institut. de hereditatibus qua ab intestato, §. 2. n. 10. iterum Matienzi. in dialogo, cap. 5. ubi pulchrè exornat. Petr. Gregor.

in synag. lib. 9. cap. 6. ex num. 22. & lib. 11. cap. 5. num. 10. & novissimè Escobar de purit. sanguin. quæst. 1. §. 3. ex n. 11. D. Larrea, dec. 51. num. 15. Gratian. disceptat. cap. 612. n. 11. Ibi, quod paria sunt metum adhiberi alicui, vel filio ejus, &c. Exornat hanc rationem Silva nuptialis, lib. 3. verbo, est nubendum, column. 4. quia pater plus diligit filium quam seipsum, ut ibi, & Menoch. de arbitrariis, lib. 2. casu 135. num. 6. 7. & 8. & de præsumptionibus lib. 6. præsumpt. 56. & plures referens Thom. Sanch. de matrim. lib. 4. disputat. 4. per totam, & Farinacius in fragm. verbo, metus, n. 78. & concinit illud Ovidij carmen, lib. 2. Metamorphos.

Et patrio pater esse metu probor, aspice vultus.

Vide etiam Tuschum lit. M. concl. 218. num. 4. & Petrus Gregor. supra, dict. n. 21.

Et ex dictis rationibus & confidentia quam habet Jus de patre erga filios, remittit ita satisfactionem, & obligationem reddendi rationes in usufructu, quem habet in bonis adventitiis filij, ut notat Pichard. in princip. Institut. de usufructu, n. 22. Castillo de usufructu, c. 3. n. 85. & segg. & n. 107. ubi agit de emancipato.

Et eisdem rationibus explicat Greg. Lopez, in text. in l. 5. tit. 3. part. 7. ubi pater potest respondere pro filio reposito.

Item ex dictis fundamentis, merita, & servitia parentum transire in filios, ait Martienzi. in l. 5. tit. 10. lib. 5. Recopil. multa adducens ad hoc propositum; vide eum & Escobar de purit. sang. quæst. 1. §. 3. ex num. 16. ubi hoc bene exornat, cum omnino videas.

Item ex dictis rationibus inferrebant aliqui Doctores quod concessio privilegij facta propter benemerita patris, transit ad ejus filios, ut videre est per Tusch. concl. 352. num. 12. lit. F. sed displicet Barbof. in l. quia tale, ff. soluto matrimonio, numero 9. & l. maritum, numer. 80. ubi num. 81. locum tantum habere dicit supradictam doctrinam, quando privilegium conceditur propter matrimonium principaliter, tunc enim transit ad filios susceptos ex eodem matrimonio, non ad alios, vide eum, & August. Barbof. in collect. ad text. in cap. sanè, de privilegiis, ubi multa congerunt.

Item ex dicta identitate ficticia inter patrem & filium inferunt Alexand. & Bald. & eos referens Anites in cap. 1. pratorum verbo, ni hijos, & Gutierrez. in l. sui, numero 114. & Tiraquel. in l. si unquam, Cod. de revocandis donat. in principio, in præfatione, numero 23. quod si statuto caveatur, quod nullus habeat officium in civitate, nisi habeat æstimum centum librarum, quod filius potest habere officium, licet non habeat tale æstimum, si pater suus illud habeat, & tale æstimum prodest filio, licet seorsum habet ab patre, vide eundem Aviles ibi, quia plura cumulat non contemnenda.

Eodem numero 4. ibi, cum natura utrumque corpus edidit, ut maneat suis vicibus immortale &c. Nativus enim summis viribus insita potestas, ut se effigiem quandam & imaginem immortalitatis componat, ut quoniam corruptioni obnoxium est, idem numero animal nequit perseverare, ortu vicario mortalitati, qua fieri potest ratione, adminiculetur, ac veluti tibi cinibus præfultam ab occasu vindicet, ut pulchre

chred ex Aristotorele & aliis dicit Tiraquel. in suis legibus conubialibus, leg. 6. numero 13. ubi more suo multa cumulat: & ut habetur Eccles. capit. 30. mortuus est pater, similem enim reliquit post se in vita sua, vidit & letatus est in illo, &c. Et conducit optimè, l. 1. tit. 20. par. 2. ibi: Porque dexan otros en su lugar, que son semejantes de si, è son como una cosa con ellos. Licet in illis antiquis seculis & rudi avo homines sibi perilludarent, se carere parentibus, & ex arboribus natos, ut colligitur ex Juvenal. Satyra, 6.

Quippe aliter, tunc orbe novo, caloque recentis; Vivebant homines, qui rupto robore nati; Compositique luto, nullos habuere parentes, &c.

16. Numero 5. ibi, quod vivente Duce, Rege, vel Comite, filius ejus potest vocari Rex, Dux, vel Comes, &c. Recipit videtur inter Scribentes, hæc doctrina nostri Gomezij, ut constat ex Tiraquel. de primogeniis, quæst. 33. n. 8. & in l. si unquam in præfatione, n. 2. Licet etiam, eodem tractatu, lib. 1. quæst. 14. vers. dicendum est ergo. Tusch. lit. F. concl. 351. num. 19. Rojas in epitome successio, c. 17. n. 18. Molina de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 15. & seg. ubi explicat quod hoc improprie & largo modo sumpto vocabulo accipiendum est, non autem proprie & præcisè; Sylvester in summa, verbo filij, quæst. 5. Gregor. in l. 2. tit. 3. par. 6. gloss. 4. Castro de annoniis civilibus, notabili 6. num. 4. Narbona ad lib. 4. Recopilat. tit. 18. gloss. 4. & facit illud D. Bernard. sermon. 1. adventus eulum. 1. filios Regum Reges quos nesciat, &c.

Hanc resolutionem; ita Doctorum auctoritatibus fultam, apud nos locum habere non potest; nisi filius eam prerogativam principaliter impetraverit beneficio, ait Parladorius lib. 2. rerum quotidian. c. 13. num. 4. eo motus fundamento, nempe, quia hæc prerogativa ad successores non transit, nisi prius concedatur à Rege. Sed de veritate hujus doctrine Parladorij, videndi sunt Molina supra, lib. 1. cap. 11. à num. 18. & notat Gomezius in l. 40. Tauri, num. 12. & alij relati per Valdesium in addit. ad Rodericum Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione 11. in allegatione ibi posita, & per Didac. Gomez. Cornejo in addition. ejusdem Gomezij in dicta l. 40. ex quorum doctrinis colligitur, quod quando dignitas, Ducatus, Comitatus, &c. est concessa absque territorio, non transit ad hæredes; secus si cum territorio vel oppido.

Num. 6. ibi, item etiam ex his, &c. ex prædicta identitate inter patrem, & filium supra considerata, introductam fuisse suitatem, transmissionem hereditatis, & continuationem dominij planam esse, ut explicat Marcus Antonius Bardus in tractat. de tempore utilis, & continuo, cap. 12. & reliqui Doctores supra citati, num. 10. quos vide.

18. Ibi, nec prædictis obstat lex 6. Tauri, &c. nostrum Gomezium in præsent. refert, & sequitur Azevedus in dict. l. 6. Tauri, quæ hodie est lex 1. tit. 8. lib. 5. Recopilat. numero 49. & Matienzo, & reliqui Regnicolæ, ibidem, quos congerit Cornejo in dict. lib. 6. & Molina de justitia, tom. 1. disp. 163. & Cancinerius variar. 1. part. c. 5. ex num. 2.

Ibi, imo quod magis est, &c. quatenus notat Gomezius in præsent. docet, quod filius posthumus patri succedit cum beneficio & privilegio sui patris, explicans text. in §. ita demum vers. Posthumus, Institut. de hereditatibus qua ab intestato: idem tenet Pinel. de bonis maternis, in rubrica 2. part. num. 37. Colla in l. Gallus, §. & qui si tantum 3. part. num. 64. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, verb. Sine curatore, n. 76. & 78. ubi maxime laudat nostrum Gomezium, Gutierrez. in repetitio. §. sui, num. 13. & segg. ubi latè explicat dictam resolutionem, Menchaca de successio. creatione, §. 19. Pichard. in dicto §. posthumus, Institut. de exheredatione liberorum, num. 7. & seg. & dicto §. ita demum, num. 44. ubi bene explicat Cancinerius variarum 1. part. cap. 5. num. 4.

Numero 7. ibi, quod tamen intelligo, quando talis posthumus totus vivus natus est, &c. quando partus intelligatur naturalis ad succedendum, & rumpendum testamentum, & reliqua, videndi sunt Tiraquel. doctissimè, ut folet, materiam prosequens, in l. si unquam, verb. Susceperit liberos, ex num. 265. ubi de jure communi quid dicendum; & Joannes Lupinus, Castell. Gomez. Arias, & notat Gomezius, in l. 13. Tauri, Matienzi. & Azeved. in l. 2. f. 8. lib. Recop. ubi de nato in septimo, nono, decimo, vel undecimo mense, Pichard. in repetit. Gallus, in principio, numero 200. & segg. Falsarius de fideicommissis, quæst. 418. Brechans in l. 129. ff. de verb. significat. quem commendo, quia eruditè loquitur, & novissimè notat Acaranza in suo tractatu de partu legitimo, & naturali, cap. 10. & segg. & in c. 9. ex num. 30. ubi de necessariis, ad successio. nem latè agit, ex lege 13. Tauri, Gutierrez. lib. 2. præf. quæst. 100. ubi de partu in sexto octavo, vel decimo mense edito, & quæst. 101. ubi de extracto ex ventre matris secto, & num. 2. existimat quod legatum factum mulieri si peperit filios, non obtinet, quando extracti fuerunt ex ventre matris secto, de quo vide Caranzam, ubi supra, cap. 6. sect. 1. latissimè, & præter citatos ad hanc resolutionem, vide etiam Menoch. casu 89. de arbitri. num. 34. & seg. Falsar. de fideicommissis, q. 420. Quældum ad Donel. lib. 9. c. 2. in notatis litera C. Mantica de consuet. ultimar. volum. 1. 11. tit. 6. num. 10. D. Joseph Vela, dissertationum Hispal. dissertat. 18. num. final. ubi quomodo computentur menses ad partum naturalem, de quo Acaranza supra; Vide etiam Narbonam de acate, anno 1. q. 6. num. 14.

Numero 9. in principio, vide Pichardum in §. ita demum, de hereditatibus qua ab intestato, & Acaranza in dict. tract. de partu naturali, cap. 2. §. 1. illat. 13. sect. 1. ubi latissimè de materia successio. posthumus, Narbonam supra quæst. 6. & 7.

Ibi, tertius effectus poterit esse, &c. Facta renunciatione hereditatis paternæ per filium, quod possit succedere posthumo, vel alteri filio, seu hæredi, qui adquisivit eandem hereditatem paternam: juxta supra dicta; cum jam amplius non dicantur bona patris: probatur ex eo quod omnis renunciatio restringitur ad personam, contractum, & causam, super qua interponitur, & non extenditur ad alia, ex regula tradita per Doctores in l. jubemus, Cod. ad Velleianum, docent Decius consil. 229. Synodus consil. 50. lib. 1. Bartol. in l. si donus, ff. de servitutibus urbanorum præd. & ita in specie probant notat Gomezius in l. 22. Tauri, num. 13.

Covarr. in cap. vis pactum, 3. part. §. 3. num. 1. & cum aliis pluribus Tiraquel. de viroque tractat. 1. part. §. 1. gloss. 9. numero 44. Guttier. dict. cap. quamvis pactum, verb. Omnino servari debet, num. 9. ampliat, etiam filius, cui frater renuntians vult succedere, decesserit ante aditam hereditatem patris, nam tunc poterit utramque hereditatem adire: idem Gutierrez lib. 3. practicarum, quest. 80. n. 5. Menchaca de successuum creatione, lib. 2. §. 18. num. 176. Tufchus lit. R. concl. 180. num. 30. & seqq. ubi ampliat dictam resolutionem Crafus recept. §. successu ab intestato, q. 10. num. 16. Mieres de majoratu 4. part. quest. 19. num. 12. Barbosa videndus in rubrica, ff. soluto matrimonio, 4. part. ex num. 19. & Thomas Sanchez alios referens in summa lib. 7. cap. 7. num. 6. ubi etiam per totum caput hanc materiam optimè explicat, & Stephanus Gratianus discept. tom. 4. cap. 68. §. cap. 6. ubi etiam alia.

Ibi, *quanti effectus poterit esse, &c.* quatenus noster Gomezius in presenti innuit, quod deficientibus descendentes, ascendentes, & collateralibus usque ad decimum gradum, succedat fideus: advertendum est quod in hoc puncto diverse sunt opiniones, alij enim affirmant quod de jure Regni, si deficient collaterales usque ad quartum gradum, datur locus fisco, exclusis remotioribus, & etiam excluso viro, & uxore, & ceteris successoribus, quæ erant de jure communi, ita docent Tellus Fernandez in l. 3. Tauri 3. part. n. 13. & l. 32. n. 4. Olanus in concordia juris, lit. V. num. 21. & in correctione legum parit. p. 6. num. 118. Alfaro de officio Fiscalis, gloss. 20. n. 129. & Thom. Sanch. in conf. moral. lib. 1. cap. 1. dubio 24. ubi hoc probat ex text. in l. 9. tit. 10. lib. 1. Recop. & idem tenet Villadiego in sua politica, cap. 1. num. 84. qui etiam addit quod successio viri, & uxoris, excludit fideum, in quo est contrarius prædictis doctoribus, qui tenent virum & uxorem excludi, ex dict. l. 9. Alij verò probant fideum excludi à collateralibus usque ad decimum gradum, & etiam à viro, & uxore, & alijs, qui de jure communi admittentur ante fideum; ita ut omnino remaneat incorrectum jus commune & partitarum, ut tenent Azeved. in l. 12. tit. 8. Recop. & ibi Matienz. gloss. 1. & in l. 5. eodem tit. Barbof. in collect. cap. 1. de successibus ab intest. numero 2. Pichard. in tract. de acquirend. hered. in suis repet. cap. 5. num. 4. Valenzue. in l. 4. Cod. de bon. vacant. Joann. del Castillo. de Terris, cap. 41. num. 154. Carrasco ad leges Recopilationis, cap. 7. ex num. 47. & plures referens D. Francisc. Amaya in dict. l. 4. C. de bonis vacantibus lib. 10. ex n. 31. Quos non meminisse dicte l. 9. tit. 10. lib. 1. Recopil. asserit Thom. Sanch. supra, per quam manifestè corrigitur jus commune, & partitarum, & sic video prædicari quotidie, quod deficientibus consanguineis usque ad quartum gradum, admittitur fideus.

22 Ibi, *Sed postquam visum est, &c.* de successione nepotum, & ceterorum descendens deficientibus filiis, vide omnino Rojas in epit. success. cap. 5. ubi num. 2. probat quod in hac successione, nulla est differentia inter filios, & nepotes, & quod remedia quæ competunt filiis præteritis, vel exhereditatis competunt nepotibus, & alia plura quæ per eum videri possunt Matienz. in l. 1. tit. 8. lib. 6. Recop. gloss. 4. num. 4. & in l. 1. tit. 4. gloss. 14. ex num. 45. ubi an extirre-

dato filio, competat nepoti jus dicendi nullum testamentum, tanquam præterito, ubi latè de hac materia: & an admittatur ad querelam inoffensio ex propria persona, & ex successorio edicto, si ex exhereditato filio, præteratur; quod disputat latissimè usque ad num. 69. vide eum; & Pichard. de successione liberorum, §. 1. sub rubr. de heredit. qua ab intestat. & in §. cum autem 7. ibidem Molina de just. tom. 1. disput. 162. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quest. 10.

Ibi, *quando essent nati vel concepti in vita avi, &c.* quod ita demum admittatur nepos ad successione avi si sit natus, vel conceptus in vita ejus pro competo debet haberi ex testibus hic allegatis, ita Matienz. in l. 1. tit. 8. lib. 5. gloss. 4. num. 5. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 11. & Molina de prim. lib. 1. cap. 13. num. 36. & lib. 3. cap. 2. Pichard. in relect. tit. 1. ff. de legat. cap. 19. & in materia successione, quam ponit, in princip. Instit. de hereditatibus qua ab intestato, §. 1. num. 2. & seqq. D. Francisc. de Amaya lib. 1. observation. cap. 13. num. 27. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 93. ubi declarat quando non nati tempore eventus casus fideicommissi, ad illud admittantur, latissimè Mandellus conf. 106. per totum, Barbof. in collect. l. 33. Cod. de inoffenso testamento, Morquech. de divisione bonor. lib. 4. cap. 6. ex num. 12. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. ex num. 82. Fular. de fideicom. quest. 3. 8. latissimè Bayo in praxi, quest. 133. Acaranza de partu naturali c. 1. sect. 2. Surd. dec. 230. & alij, Ofsald. ad Donell. lib. 7. cap. 2. lit. 1. & lib. 19. cap. 7. lit. D. Soula in repetit. l. femino, ff. de regul. jur. n. 120. Carleval. de judic. lib. 1. dis. 2. n. 53. & Cancercius variat. 1. p. cap. 5.

Ibi, *sed dubium est maximum, &c.* easdem rationes nostri Gomezij, quare nepos, nec natus, nec conceptus vivo avo, de cuius hereditate agitur, non succedat, ad literam referit Matienz. in dict. l. 1. tit. 8. gloss. 4. num. 5. & sequentibus, & Pichardus in dicta materia successione, §. 1. n. 2. & reliqui relati sup. num. 23. apud quos videri potest materia, qui etiam plures illationes ex hoc deducunt, & inferunt.

Numero 10. *juxta hoc tamen necessarium est videre exemplum, &c.* Eadem exempla ponit ad literam ex nostro Gomezio, Matienz. in dict. l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 4. num. 6. de quo etiam vide Pichard. sup. dict. §. 1. & Cancercius variat. 1. part. cap. 5. numero 5. ubi laudat nostrum Gomezium.

Numero 11. Ibi, *limita tamen singulariter, &c.* Has omnes limitationes ad literam adducit Matienz. ubi supra, n. 7. & sequentibus, Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 1. gloss. 9. num. 80. & sequentibus, & Pichard. in dict. §. 1. num. 3. in materia successione, & Bayo in dict. quest. 135. num. 13. qui circa primam limitationem videri possunt, & Morquech. lib. 4. dict. c. 6. n. 13.

Ibi, *secundo limita quoad honores, & dignitates, & quoad alia jura præter successione, quia bene transiunt ad nepotes etiam natos, &c.* Eandem limitationem adducit Matienz. sup. d. gl. 4. Pichard. in §. cum autem 7. institut. de heredit. qua ab intestato. n. 2. Bayo dict. quest. 13. num. 13. Tiraquel. d. gloss. 9. num. 91. & seqq.

Ibi, *tertio limita, &c.* Quod in contractibus in quibus sunt vocati descendentes per avum, admittantur nepotes etiam concepti post ejus mortem, adde Mantiam de tacitis & ambiguis conventio-

conventionibus, lib. 2. tit. 25. num. 22. Velaf. de jure emphyteut. quest. 42. Tiraq. dict. gl. 9. n. 89. & Matienz. sup. dict. l. 1. tit. 8. gloss. 4.

25 Ibi, *Quarto limita, &c.* De hac limitatione quoad retractum jure sanguinis, dic quod hac limitatio pendet à præcedenti, & circa eam vide supra citatos, maxime Tiraq. dict. gloss. 9. n. 81. maxime num. 91. & Matienz.

Ibi, *Quinto limita, &c.* De hac limitatione in substitutione fideicommissaria, præter Matienz. & reliquos supra adductos, vide Mantiam de conjecturis ultim. volunt. lib. 1. tit. 8. num. 9. & tit. 9. num. 11. ubi bene declarat, Tiraquel. dict. gloss. 9. num. 84. Molinam de primogen. l. 1. cap. 6. num. 49. Sfortiam Oddum in tract. de substit. 2. p. sect. 3. Grassam recep. & substitutio, q. 11. Morquech. dict. cap. 6. lib. 4. n. 14. Fular. de fideicom. q. 318. n. 8. ubi hoc declarat, cum Barr. in l. qui filiabus ff. de legat. & in l. si cognatis, ff. de reb. dubis.

Ibi, *Sexto limita, &c.* Eandem limitationem quoad successiones majoratum, latè prosequitur, præter supra adductos, Molin. de primogen. lib. cap. 2. ex num. 17. & cap. 6. n. 49. & lib. 3. cap. 2. num. 18. Gregor. Lopez in l. 10. tit. 31. p. 3. gloss. 6. ubi adducit casum controversum, & Matienz. supra, omnino videndas, quia bene declarat materiam, Tiraquel. de primogen. quest. 40. num. 56. Menoch. de presump. 93. quem omnino vide de hac materia, & conf. 106. lib. 2. n. 21. & conf. 414. num. 8. lib. 5. & Pichard. in repetit. tit. ff. de legatis, cap. 10. num. 13.

26 Ad num. 12. ibi, *Sed idem est quando sunt plures, &c.* Quod nepotes in stirpes, & non in capita succedant in bonis avi, quando fuerunt procreati ex diversis filiis præmortuis, competum est ut cum nostro Gomezio, docet Rojas in epitome successione, cap. 5. num. 20. Gregor. in l. 3. tit. 13. part. 6. Molin. de just. tom. 1. disp. 162. Pichard. Instit. de heredit. qua ab intestat. in materia successione quam ibi ponit, §. 1. num. 1. & seq. maxime n. 1. & §. 2. ibidem latè, & Tufchus lit. S. concl. 865. & Petr. Greg. in syntag. lib. 45. cap. 8. Cancercius variat. 1. part. cap. 5. n. 16. Merl. de legit. lib. 1. tit. 4. q. 2.

Num. 13. ibi: *Quod idem est quando nepotes non succederent inter se, sed cum aliquo patruo, &c.* Nostrum Gomezium in hoc numero docentem, quod concurrente patruo & nepote, uterque ad successione avi aequaliter admittatur lege speciali representationis, ex multis juribus refert & sequitur Matienz. in dict. l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 4. num. 13. Rojas in epitome successione, cap. 5. n. 17. Greg. in d. l. 3. tit. 13. part. 6. gloss. 4. Pichard. latissimè in materia successione, Instit. de hereditatibus qua ab intestato, §. 1. per totum, quem allegasse satis erat, quia materiam optimè prosequitur, de quo etiam infra n. 28. ubi de transversalibus.

Et in successione majoratus quod nepos ex filio primogenito præferatur, videndus est text. in l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil. & ibi Azev. & Matienz. & Molina de primogen. lib. 5. cap. 7. n. 10. & c. 6. per totum, & noster Gomezius, & reliqui in l. 40. Tauri, qui & ab eis relati latè pertractant questionem patris & nepotis, & Alvarus Valafcus de jure emphyteut. q. 50. Pichard. optimè Instit. de heredit. qua ab intestat. l. 2. in princip. tit. & omnium latissimè Fularius in tract. de fideicommiss. q. 387. Cevallos, quest. 197. Guttier. lib. 3. pract. quest. 67. n. 36. Cancercius variat. 1.

part. cap. 5. n. 41. & Latus cap. 21. part. 3. n. 296. & seq. usque ad 316. Et an sit locus transmissio- ni in hac questione patris, & nepotis. Vide Valafcum consul. 122. ubi agit de dicta questione patris & nepotis, & quoad transmissio- nem concludit quod non habet locum si majoratus cele- brietur per viam ultimæ voluntatis; secus verò si per viam contractus, & maxime dotis: quod reincident in questionem præcipuam, de qua ven- dendum est supra dict. Doctores, & infra n. 29. relati, D. Larrea dec. 51. n. 12. 19. & 25.

Num. 14. ibi, *Quod notabiliter extendit: & 27* ibi, *Ex quo inferitur, junct. verfic. Hodie tam- en, &c.* Quod representatio supradicta in linea descendente habeat etiam locum in suc- cessione de jure prætorio, ut hic noster Gomezius explicat, præter supra relatos, d. num. 13. ita ex leg. 2. ff. de bonorum possess. & l. 1. §. bonorum, ff. ad Trebel. resolvit Cevallos quest. 10. & appella- tione hæredis comprehendit bonorum possessio- rem, Petrus Greg. in syntagm. lib. 41. cap. 1. num. 13. & quod dispositio text. in l. unica, Cod. de his qui ante apertas tabulas, competat etiam succedenti de jure prætorio, secundum Alexand. in l. emancipata, Cod. qui admittit: & Guttier. Benedic. in cap. Raynuius, verb. Mortuo itaque testatore, electi. 2. num. 152. ubi testatur de communi, D. Joseph. Vela, dissert. Hispanens. dissert. 11. n. 102. Petrus Gregor. in syntag. lib. 43. cap. 3. n. 14. & iterum ipsemet Ceval. quest. 205. num. 3. ubi commanem etiam appellat, & addit in dict. q. 10. n. 5. quod l. final. Cod. de edicto divi Adriani, & similes; procedant etiam in univer- sali bonorum possessore succedente ab intestato de jure prætorio, de quo vide Menoch. de ad- piscenda, rem. 4. ex num. 327. qui optimè loquitur secundum jus commune, & Guttier. in reper. §. sui num. 73.

Ad n. 15. 16. 17. & 18. &c. Representatio- nem in infinitum extendi posse in successione descendente, contra alios defendit hic noster Gomezius, ut vides: quod etiam latè compro- bant Matienz. in dicta leg. 1. tit. 8. lib. 5. gloss. 4. n. 14. Cevallos, contra commun. quest. 762. num. 34. ubi per totam questionem multos casus adducit, in quibus cessat representatio, de quibus etiam agit Molina de primogen. lib. 3. cap. 8. Azevedus in leg. 5. tit. 7. lib. 5. n. 1. Alvarus Valafcus de jure Emphyteut. q. 50. Gregor. Lopez, in l. 3. tit. 13. part. 6. gloss. 7. Menochius, de pra- sump. lib. 4. presump. 95. ubi latè declarat quando habeat locum representatio per ampliationes, & limitationes: quod etiam facit Cardinalis Tufchus conclus. 352. lit. F. latissimè Antonius Gabriel lib. 4. commun. opinion. tit. de success. ab intestato concl. 1. num. 18. licet n. 20. limitet su- prædictam regulam, ut non procedat quando pronepotes concurrerent in successione cum ascendentes; quod negatur, ut vides ab omni- bus, Pichardus in materia de successione, posita in principio institut. de hereditatibus qua ab intestato, §. 2. n. 19. & seq. & latissimè Robles in suo tractatu de representatione, maxime lib. 2. cap. 16. & Cancercius variat. 1. part. cap. 5. n. 6. & sequent. D. Joann. del Castillo, lib. 3. contro- vers. cap. 19. & lib. 4. cap. 56. ex num. 81. Et an in fideicommissi habeat locum representatio, ven- dendi sunt Pichardus d. §. 2. ex num. 13. ubi cum Valaf. Matienz. & alijs affirmativam probat, Molina de primogen. lib. 3. cap. 7. ex num. 5. & latissimè Fular. de fideicommiss. q. 485. per totam, ubi per ampliationes & limitationes fassimè

simè Fafar. de fideicommiss. 9.485. per totam. ubi per ampliaciones & limitationes rem fuffiffimè explicat, illum videas, & Canc. sup. num. 6. & noviffimè Salgad. in labyrinth. cred. p. 2. c. 25. ex n. 1. ubi quando nepos egeat representatione in successione avi, & an teneatur creditoribus patris.


38 Licet autem in linea recta descendenti in infinitum representatio admittatur, ut jam dictum est; tamen inter collaterales ea solum conceditur filiis fratribus, & non ulterioribus, ut docet noster Gomezius hic, versiculo Quinto & principaliter; & jam diximus supra: docet etiam idem Gomez. in leg. 8. Tauri, num. 18. ubi etiam Tellus Fernandez n. 5. Matienzo in leg. 5. tit. 8. lib. 5. n. 14. & 17. Azaved. idem, n. 2. & in l. 5. tit. 7. n. 3. Pichardus ubi supra, dist. 2. num. 23. ubi infert cum nostro Gomezio in dist. l. 8. Tauri, num. 15. quod si defunctus non relinquat fratrem, sed patruum, vel avunculum & filium fratris, admitteretur iste ad successionem illo excluso; quia per representationem intrat in locum patris, Cevallos, rom. 3. q. 761. n. 156. ubi n. 12. probat quod jus representationis in specie divino procedit, & 9. 779. n. 46. Spin. in spec. gloss. 1. n. 48. & alij congesti a Cornejo in addi. ad nostrum Gomez. in d. l. 8. Tauri, n. 18. Menoch. de pres. 95. lib. 4. n. 8. & seq. D. Joannes del Castillo, ubi supra Canc. variar. 1. part. cap. 5. num. 7. & seq. & num. 5. & seq.

Et addit ipse Gomezius in d. l. 8. n. 12. & 14. quod si aliquis decedat ab intestato, relictis filiis ex duobus fratribus jam defunctis, tunc predicti filii fratrum licet soli inter se concurrant, non succedunt in stirpes, sed in capita, & hoc dicit practicandum in hoc Regno, ex l. 5. tit. 13. parva 6. licet contraria opinio, quam ibi ipse latiffimè exornat sit pura veritas; & circa hanc questionem videndi sunt Covarr. in epit. success. n. 7. & 8. Molina de primog. lib. 3. c. 7. num. 21. & 22. & Matienzo. in leg. 5. tit. 8. lib. 5. gloss. 1. num. 19. Parlad. lib. 2. quotidian. c. 15. quos refert Cornejo in additione ad dictam leg. 8. Tauri, ad n. 14. qui etiam addit, quod si quis decederet relicto patruo vel avunculo, & alterius patris filius, hoc est, Primos hijos todos de hermanos, Patruus preferri debet, ex leg. avunculo, Cod. communia de successioneibus, pro quo etiam refert Parlador. supra.

29 Licet autem regula sit, quod representatio in collateralibus non extendatur ultra fratrum filios; ut jam supra dictum est; hoc tamen non habet locum in majoribus; in eis enim representatio in infinitum extenditur, ut tenet Azavedus in l. 5. tit. 7. lib. 5. Recop. num. 2. & l. 5. tit. 8. eodem lib. refert Matienzo Costam, Covarr. & Molin. qui ut optime probant contra nostrum Gomez. d. l. 8. Tauri, & Greg. & alios, & generaliter de representatione in majoribus, præter Molin. sup. cap. 6. & seq. commendo Pichardum in dicta materia de successioneibus, quam ponit in principio Instituti. de hereditatibus que ab intestato, in §. 3. per totum, ubi latè agit de materia, leg. 4. Tauri, & in §. 2. num. 14. & vide etiam Morquech. de divisione bonorum, lib. 1. c. 6. n. 52. & 62. & D. Larr. decis. 51. Gramatenf.

30 De successione transverfali se remittit noster Gomez. ad l. 7. & 8. Tauri, & præter eum videri possunt Cardinalis Tusch. lit. S. concl. 862. latiffimè, & plures, quos refert Matienzo. in l. 4. tit. 8. lib. 5. Recopit. glossa 1. & in lege 1. eodem titulo, gloss. 2. n. 4. & idem Matienzo. in

l. 5. tit. eod. gloss. 1. n. 1. & seq. Crass. recepr. tit. de successioneibus. ab intest. Molin. de iustitia. tom. 1. disp. 164 Rojas, in epitome successioneibus, cap. 32. Morquecho de divisione bonorum, lib. 4. cap. 7. Osvald. ad Donel. lib. 9. cap. 1. Mantica de consuetur. ultimar. volunt. lib. 8. tit. 13. ubi de fratribus utrinque conjunctis præferendis, de quo etiam Parladorius differentia 92. & Andreas Fachineus controvers. juris, l. 6. cap. 5. & sequent. ubi multa de successione fratrum, Barbos. in leg. si post dotem, ff. soluto matrimonio, n. 70. & 71. Garcia, de nobilitate, gloss. 10. ubi de hac materia, Didacus Gomez Bayo in quest. 126. Angulo, in leg. 11. glossa 5. tractatu de meliorationibus, ubi de fratribus, & sobrinis. Iterum Parlador. rom. 3. quest. 8. & de natis ex coitu damnato, an succedant collateralibus, & è contra, Andreas Fachineus sup. lib. 6. cap. 10. & Matienzo dicta leg. 5. tit. 8. & latiffimè de hac successione Pichard. in dicta materia de successioneibus quam ponit in principio Instituti. de hereditatibus que ab intestato, Petrus Gregor. in syntagmat. lib. 45. cap. 11. & sequent. latè vide supra, num. 21. versicul. Quartus effectus poterit esse, & Cancerium, variar. 1. part. cap. 5. ex n. 23. 38. & seq. & Merlinum, de legiti. tit. 2. q. 13. lib. 1.



CAPUT II.

De successione universali ex Testamento.

SUMMARIUM.

- 1 Heres potest institui unus: possunt & plures.
- 2 Institutio omnium hominum de mundo an sit valida.
- 3 Quando testator instituit heredes, unum de per se, alios collectivo modo, qualiter succedant.
- 4 Quando testator instituit plures heredes collectivo modo, inter quos cadit ordo charitatis & natura, qualiter succedant.
- 5 In qua parte testamenti sit ponenda heredis institutio.
- 6 Institutio heredis, quæ demonstratur heres signo indubitabili valet licet nomen non scribatur.
- 7 Quando lex vel statutum requirit pro forma expressionem nominis, an sufficiat demonstrare per acquipollens.
- 8 Heres an possit institui ex certo die, vel tempore vel usque ad certum diem, vel tempus.
- 9 Si testator instituat usque ad certum tempus unum universali heredem, & ex illo tempore alium, an valeat talis institutio, & qualiter succedant.
- 10 Si testator instituat Titium heredem usque ad certum tempus, hoc addito, ut ulterius non possit esse heres, an valeat institutio.
- 11 Heres an possit institui ex die, vel tempore incerto.
- 12 Heres an possit institui sub conditione.
- 13 Heres institutus sub conditione, an aliquo juris remedio possit conditione pendente, hereditatem consequi.
- 14 Perita bonorum possessione facti, an adveniente conditione heres habeat necesse petere bonorum possessionem juris.
- 15 Si unus heres instituitur patre, alius sub conditione, quis ipsorum in parte conditionalis est presentandus conditione pendente.

Propositu.

OPPORTUNE tamen & necessario subfequenter quæro de successione universali ex testamento. In qua principaliter dico, quod modò testator instituat unum, modo plures, valeat talis institutio universalis in legitimo & solemnè testamento in scriptis vel nuncupativo; nam licet volentis, & dispositio testatoris videatur collata in tempus, quo non est futurus dominus & sic post mortem valet dispensative talis dispositio. Textus est in l. 1. de sacro sancti. Ecclesi. & ibi communiter Doctores Textus in l. 1. & per totam ff. de hered. instit. Textus in l. 1. & per totum. C. eod. tit. utrobique communiter Doctores. ex quo titulo sequuta postea additio heredis, sine aliqua apprehensione bonorum, transiit ipso jure dominium in ipsum heredem, ut in l. cum heres ff. de acquir. pos. cujus verba sunt: Cum heredes instituti sumus, adit hereditate, omnia quidem jura ad nos transeunt. Et ibi DD. Textus in l. 1. & per totum ff. de post. hered. & in l. 1. & per totum. C. eod. tit. ex quo inferitur quod licet in contradicibus modo agatur de alienatione omnium rerum & bonorum, nunquam transeat dominium sine traditione vel apprehensione, in l. traditionibus. C. de pactis, & latius dixi suo loco: tamen in successione universali ex testamento vel ab intestato, bene transit dominium ex solo titulo, secuta additio.

Pulchrum tamen dubium est, an possit testator instituire omnes homines & personas de mundo, simpliciter & absolute dico, & teneo, quod non, & dato quod talis institutio in rigore & substantia mero jure valet, tamen infirmatur & vitatur propter impossibilem additionem. Ista b. est Gloss. singularis & unica in §. & unum instituit. de hered. instit. quam ibi tenet & sequitur Bart. Jac. de Aret. Petrus de Bolla per. Faber & Jas. in addit. ad Clar. tenet etiam Paul. de Cast. in l. captatorias C. de testam. 2. col. & illam Gloss. reputat singularem & unicam Joan. de Imol. in l. captatorias ff. de hered. instit. 5. col. pro qua sententia & conclusione ultra Gloss. & Doctores: Primo facit, quia dispositio per quam redditur impossibile aditio hereditatis, non valet juxta notata in l. scriptura hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. Secundo, quia pro forma & validitate testamenti requiritur, quod testator exprimat nomen, vel nomina heredum, vel eos demonstrat indubitabili signo text. est in l. quoties si quis nomen ff. de hered. instit. text. in l. jubemus C. de testam. cum semel. quod in nostro casu fieri possit. Tertio quia si hereditas dividatur inter omnes homines de mundo, licet esset opulentissima, redigeretur ad nihilum, & sic talis institutio esset inutilis & illusoria, argumento, text. in l. cum vult §. gener. ff. de jure dot. & istam sententiam & conclusionem teneo licet contrarium expresse teneat Nicol. de Neapol. & Angel. de Aret. in dicto §. & unum & Joan. de Imol. in d. l. captatorias, ff. de hered. instit. colum. fin. Imò quod institutio valeat & confirmetur additione unius hominis de mundo, & alio non adente tota hereditas sibi pertineat, alio verò, vel aliis postea aduentibus acquiratur sibi vel ejus pars, secundum numerum eorum, argumento text. in l. si nemo ff. de testam. * Vel aliter possit dici quod hoc casu censentur institui Reges qui dominantur gentibus, sicut quando filius instituitur, qui acquirit patri, vel servus instituitur qui acquirit domino. Sed his non obstantibus semper tenui & teneo quod institutio sit nulla. *

Item principaliter quæro, si testator instituit

plures heredes: unum simpliciter & de per se: alios verò collectivo modo, qualiter isti heredes admittantur, & succedant. In quo articulo resolutivè dico, quod ille unus censetur institutus in dimidia parte totius hereditatis, alii verò omnes in alia dimidia: quia habentur loco unius, text. est in l. interdum ff. de hered. instit. ubi dicitur, quod si testator instituit Titium heredem & filios fratris sui, Titius habeat dimidiam & filii fratris aliam dimidiam & ibi notat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, text. in l. Titius eod. tit. text. in l. Titius heres, esto, eo tit. ubi si testator simpliciter & de per se instituit Titium heredem in una portione, & Scium Mevium in alia dicendo, Titius heres esto, Scius & Mevius heredes sunt: Titius habet dimidiam, partem hereditatis Scius & Mevius aliam dimidiam, text. in l. pater filio infra isto titulo de vulg. & pupil. text. in l. si quis Titio ff. usufruct. accres. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Bar. Alb. Bal. & communiter Doct.

Quam tamen sententiam & conclusionem, limita & intellige. Primo modo, ut procedat & habeat locum, quando illi plures heredes simpliciter vocantur nomine collectivo, secus tamen est, si per testatorem adiciatur aliqua dictio, per quam videatur eos æqualiter conjungere; ut si dicat quod omnes æquè vel æqualiter heredes sint, quia tunc omnes simul succedunt viriliter, text. in d. l. interdum ff. de hered. instit. ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct. Secundo limita & intellige, præterquam si in institutione est positum aliquod verbum distributivum, ut si testator dicat, Titius sit mihi heres, & quisquis, vel quilibet ex filiis fratris mei, vel alterius tertii iam probat text. in l. fin. C. de & impub. alius substit. ubi, si pater & filium impubertem & similiter alios instituit heredes, & postea fecit substitutionem pupillarem dicendo, si filius impubes decedat, quisquis sibi erit heres, & Titius sit substitutus, mortuo filio impubere omnes heredes ipsius patri, æqualiter & viriliter succedunt per substitutionem pupillarem. Tertio limita & intellige, prædicta sententia & conclusio procedat, & habeat locum, quando isti heredes vocati nomine collectivo, erant nati. Itaque testator potuit de eis cogitare, & particulariter nominare: secus verò, si non erant nati, ut si testator instituit Titium heredem & posthumum vel posthumos nascituros ex tali muliere, nam si plures nascantur, omnes æqualiter & viriliter succedunt cum Titio nominato, text. est singularis in jure in l. quidam relegatus §. fin. cum l. sequenti ff. de reb. dubiis, & ad hoc notat & commendat ibi Dyn. Bartol. Paul. & communiter Doct. Illum text. reputat singularem Paul. in l. fin. C. de impub. & aliis 2. col. & ibi Jas. pen. col. advertendum tamen, quod ille text. clarè procedit quando testator vocavit posthumum in singulari secus verò quando vocavit posthumos in plurali: quia tunc omnes simul nati, loco unius habentur, quia nomine collectivo vocati vocati: & testator de pluribus jam cogitavit, & videtur cessare superior ratio; ta tenet & declarat Paul. de Cast. in d. l. quidam relegatus §. fin. summè commendando, & sequitur Philip. Dec. in l. fin. de impub. & aliis, pen. colum. & ibi Currius 4. col. sed contrarium, & melius tenet idem Paul. de Cast. in l. interdum ff. de hered. instit. 2. colum. imò, quòd modò loquantur in singulari: modò in plurali, omnes posthumi æqualiter & viriliter succedunt cum

Quæstio principalis.

Limita

Limita

Limita